



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 18. Trivultii exercitus in aciem eductus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI.  
A. C. 1511.

§. XVIII.

*Trivultii exercitus in aciem  
eductus.*

*Petr. de Ang-  
leria epist.  
452. & 453.  
Guic. l. 9.  
f. 271.*

Soluto Mantuæ conventu, mox acrius quam unquam exarsere utriusque partis studia. Trivultius redintegrato bello, die prima Maji exercitum mille ducentis Lanceariis, peditumque septem milibus validum in aciem eduxit, ad Padi litora castra metatus; dum interea adversam fluvii oram Papæ exercitus, cui Urbinatis Dux præerat, occupasset. Equidem ad conciliandos dissidentium animos Rex Catholicus nil intentatum reliquit, ac Cabanillæ, qui apud Franciæ Regem legationem obibat, injunxit, ut Gallo exponeret, eum Regis Christianissimi nomine prorsus indignum esse, si Papam opprimere pergeret, Pontifici haud deesse fautores, facile eum ad sua studia ultra mediam Christianorum Principum partem pertracturum, Ludovici vero Regis partium esse, ut schisma, quod in Ecclesia conflari inciperet, protinus supprimeret, bellique Religioni Christianæ non nisi

*numer. 48. affirmat, ac referens Spondani sententiam subjungit: Continuator Hist. Ecclesiast. Abbatis Fleury, qui Spondanum transcribit, perinde sicut & ipse opinatur.*

nonnisi summe exitiosi flammam extin- saecul. XVI.  
 queret, praesertim cum id eidem facilli- A. C. 1511.  
 mum foret, dummodo Ferrariae Ducem  
 tueri desisteret.

§. XIX.

*Gallarum Rex contra Hispaniae Le-  
 gatum conquestus.*

**H**is Rex Christianissimus ita reposuit:  
 mihi haud ignota sunt Pontificis  
 consilia; quibus Ferrariensium exitio si-  
 bi ad invadendum Mediolanensem Du-  
 catum magis expeditam viam para-  
 re nititur, nec me latet, quod a concor-  
 diae consiliis haud alienum foveret ani-  
 mum, nisi Hispanorum armis fulciretur;  
 Rex quidem Catholicus bellum Africa-  
 num obtendit, interea tamen suam classem  
 in Hispania ad Mediterranei maris o-  
 ras, militibus, omnique armorum appa-  
 ratu instructam in duas partes dividi  
 jussit, quarum una ad Barbariae oras ex-  
 currit, altera vero Neapolim versus vela  
 facit, octo armatorum millia, omnes  
 natione Hispanos, ac selectiorem Ferdi-  
 nandi militiam secum vehens; hic jam  
 apparatus minime pacis desiderium te-  
 statum facit: si vero Rex vester integra  
 fide concordiam meditaretur, abs du-  
 bio juberet, ut ejus copiae a Pontificiis  
 sejungerentur, classisque apparatu belli-